

vidit Henzen). — 1) *Hucusque litterae scriptae in margine superiore putealis, reliquae in fronte.* — 2) *Patroni et quinquennalis perpetui corporis mensurorum adiutorum,* 3) *quinquennalis nauticariorum,* 4) *quinquennalis iterum acceptorum.* De his corporibus Ostiensibus vide supra N. 4451 et infra inter titulos municipales. — 5) 25 Aug. 197.

**3340** Ser. Sueti. Ser. l. Bal., | P. Babrius L. l., | M. Sexti. N. M. l., | N. Sexti. N. M. l., | L. Hordioni. L. l. Lab. (*sequuntur alia nomina libertinorum octo*). Heisce magistreis<sup>1</sup> Cereris murum | et pluteum<sup>2</sup> long. p.  $\perp$  XXX, alt. p. XXI, | faciund. coiravere<sup>1</sup> eidemq. loid.<sup>1</sup> fec., | C. Atilio Q. Servilio cos.<sup>3</sup>

**3341** . . . nius L. f., | . . . ius L. f.<sup>4</sup> | (*sequuntur nomina decem, ingenuorum omnia*). [Heisce magistreis] Cereris murum<sup>5</sup> et | [pluteum long. p.] . XII, altum XXII, faciendum coiraver., [C. Fl]avio C. f., C. Mario C. f. cos.<sup>6</sup>

*Capuae (I 366. 368. X 5779. 5780; Ritschl tab. LXIII b. c.).* — 1) *In titulo eodem anno eodemque loco et ab hominibus eiusdem fere condicionis posito infra N. 3397 scriptum est magistrei, coiravere, loedos.* — 2) *Etiam Castoris et Pollucis magistri qui eodem anno fuerunt praeter ludos exhibitos murum et pluteum faciendum curaverunt (N. 3397).* — 3) *A. 648.* — 4) *Nota, cum a. 648 duodecim magistri fuerint libertini, a. 650 omnes fuisse ingenuos.* — 5) *Apicis ad designandam vocalis longitudinem positi antiquissimum hoc exemplum.* — 6) *A. 650 (C. Marius hoc anno iterum consul fuit, sed iterationis nota omissa est).*

**3342** Favonia M. f., | sacerdos Cereris | publica p. R. Q.<sup>1</sup>

*Romae (I 1106. VI 2482 Ritschl tab. XCj).* — 1) *Populi Romani Quiritium. Ceterum cf. N. 3343 not.*

**3343** Casponia P. f. | Maxima | sacerdos Cereris | publica populi | Romani Sicula<sup>1</sup>.

*Romae (VI 2481. 52445 nuper paene totam vidit Gatti).* — 1) *De sacerdotibus Cereris e Graecia (magna) Romam accitis et civitate donatis agit Cic. pro Balb. 24, 55. Cf. Marquardt Staatsv. III ed. 2 p. 564.*

**3344** Munniai C. f.<sup>1</sup> | sacer. Cer.<sup>2</sup> (*culter, scrofa*).

*Atinae in Campania (I 4476. X 5073 Ritschl tab. Lxf).* — 1) *Fieri potest ut perierit aliquid in fine singulorum versuum.* — 2) *Ut Romae (v. N. 3342. 3343), ita in oppidis quoque Italiae inferioris sacerdotes publicae Cereris creari solebant, ut Puteolis (IX 4812) et Pompeiis (X 812. 1074), cf. praeterea inscriptiones quae sequuntur.*

**3345** Lolliae | Primae | sacerdoti | Cereria (*sic*).

*Prope Aeclanum (IX 4058 vidit Dressel). Ad aliam sacerdotem Cereriam spectat IX 5358 = Buecheler carm. epigr. 1125.*

**3346** . . | . . . .<sup>1</sup> | sacerdos Cereris | publica summa.

**3347** Staiae M. f. | Pietati | sacer. Cerer[is] | publ. primae. | L. d. d. d.